



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiæ Avtoritate, & de ueterum scriptis Libellus

Melanchthon, Philipp

Vitebergae, 1550

VD16 M 3084

De Basilio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35753

DE ECCLESIA

¶it: Offerimus pro Patriarchis, Prophetis, Apo-
stolis, id est, agimus gratias, q̄ Ecclesiam inde-
usq; ab initio tibi elegisti, redemisti, sanctifica-
sti etc. Hæc fuit initio sententia horum uerbo-
rum, non petebatur, ut mortuis Deus relaxet
pœnas. Postea accesserunt tempore male opa-
niones, et partim uerba priora mutata sunt,
partim retenta forma ueterum uerborum aliud
intellexit posteritas, quam priores intellexer-
rant.

Ergo testimonia antiquitatis non patro-
cinantur recentioribus abusibus, quæ partim
aliena sunt à præsentibus moribus, partim si
quid habent uicij, non debent opponi firmis testi-
monijs scripturæ, quia etiam reliquæ etates ha-
buerunt sua incommoda. Hæc simplicissime sine
sophistica respondeo ad uerba oblationis et sa-
crificij.

De Basilio.

In Basilio extant utilia testimonia, De
Trinitate, et de pœnitentia, contra Novum
tum. In concione de humilitate tradit ege-
giam sententiam de iusticia fidei, quæ nobis
aperte

PHILIP. MELANTH.

aperte patrocinatur. Sine ulla sophistica detrahit iustificationem bonis operibus, nec loquitur de cæteris ceremonialibus, sed de omnibus uirtutibus, nec tantum loquitur de operibus ante renouationem, sed de uirtutibus in renouatis, ac iubet sentire, q̄ sola fiducia misericordiæ propter Christum promissæ iusti simus.

Verba cius hæc sunt :

Dicit autem Apostolus: Qui gloriatur, in Domino gloriatur, dicens, q̄ Christus nobis factus sit sapientia à Deo, iusticia, sanctificatio, & redemptio, ut sicut scriptum est, gloriatur in Domino gloriatur. Hæc est enim perfecta & integra gloriatio in Deo, quando ne quidem propter iusticiam suam aliquis effertur, sed ag noscit sibi decesse ueram iusticiam, fide autem sola in Christum iustificari, & gloriatur Paulus se despicer suam iusticiam, querere autem fide per Christum iusticiam, quæ ex Deo est.

Hæc uerba sati ostendunt Basiliū si intellexisse iusticiam fidei, q̄ sentiendum sit nos fide propter Christum per misericordiam iustos, id est, acceptos esse, non propter proprias uirtutes.

D 5 Cate-